Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ, Samagitiæ Masouiæ, Liuoniæ Princeps Transyluaniæ.

Significamus tenore præsentium, quibus expedit vniuersis. Quia nos habentes rationem clarissimorum, tam erga nos, quam in Rempublicam meritorum Illris ac Magnifici Johannis Chodkowicz, in Schklow et Misz Comitis, Castellani Vilnensis, Capitanei Samagitiæ generalis, Marschalci terrestris magni Ducatus Lituaniæ, atq Caunensis Capitanei. concessimus Syn: Jure, ac per præsentes concedimus, Præfecturam Birsstanensem, cum curia, oppido, villis, syluis, et omnibus ad eam spectantibus, ad extrema eius vitæ tempora. ea conditione Vt ad instar reliquorum Præfectorum, omnes census ac reditus annuos, in thesaurum nostrum reddere debeat. reseruatis sibi emolumentis, quæ ad Præfectum antiquo more spectant. In cuius rei fidem, præsentes manu nrã subscripsimus, et sigillum nostrum hisce subimprimi iussimus. Datæ Leopoli Anno Dñi Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, Octauo. die vi. mensis Junij.

Stephanus Rex

Venceslaus Agrippa. S. R. Mtis
in magno Ducatu Lit. Notarius

1578 Juny 6

Przywiley Krola Jmci Stefana na Stwo Birsztanskie cum attinentys Chodkiewiczowi dany

2 Wi

1°

Jlo Mmoſ

78

nabierſtany